Div.

SPECIMEN ACADEMICUM INAUGURALE

CONTINENS

QUAESTIONEM PAULINARUM

CAPUT UNUM.

SPECIMEN ACADEMICUM INAUGURALE

CONTINENS

QUAESTIONUM PAULINARUM CAPUT UNUM.

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JOANNIS MATTHIAE SCHRANT,

Philos. Theor. Mag. Litt. Hum. Doct. et Prof. Ord.

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS THEOLOGICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN THEOLOGIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

In Academia Lugduno-Batava,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

JOHANNES VAN VLOTEN,

CAMPENSIS.

AD DIEM XX JUNII MDCCCXLIII, HORA II—III.

Lugduni Batavorum,

APUD S. ET J. LUCHTMANS,

Academiae Typographos.

MATRI

PRAECEPTORIBUS

AMICIS.

Paulus, der ebenso religiöse als gelehrte Apostel, ist der Stifter des Christenthums.

MARHEINEKE.
(*Studien von* DAUB *u.* CREUZER 1807.)

QUAESTIONUM PAULINARUM

CAPUT UNUM.

In magno illo dubiorum numero, quibus nostris maxime diebus omnia fere in N. T. obvia facta historica aggressi sunt, quibusque non Evangelia solum, sed et Apostolorum qui liber Acta dicitur intacta non mansere, nescio fere quid certi nobis stabileve adhuc relictum esse videri debeat, nisi in Paulinis praesertim epistolis — quousque nec de hisce etiam disputatum fuerit — ubi de se fatisque suis et quam obtinuerit revelationem institutionemve hic illic vir summus locutus est; — maxime vero, et continuo pro parte, in grandissima illa ad Galatas epistola, firmi quid, quodque sine ullo damni novaeve metu aggressionis, verum haberi oportet et certum, nobis datum esset. Si enim, ut Actorum

tantummodo mentionem faciamus, novissimum hujus libri audiamus commentatorem, qui, fatendum, clementius omnino de historica operis fide cogitaverit: etsi non falsa de Paulo historiaeque contraria auctorem consilio tradidisse dicendum putat, consilium illi tamen tribuit imaginem Paulinam splendentem potius et gloriosam pingendi quam historice ab omni parte absolutam (1). Et vel FEILMOSER, Romano-Catholicus, ab illo (p. 58. in annot.) citatus, in introductione sua in N. T. jam annotaverat, quantum in vitae Paulinae fatis enarrandis deficiat

(1) » So müszte ich," inquit, » die Misdeutung zurückweisen dasz des Referent bei einer angenommenen Absichtlichkeit unhistorische objectiv-unwahre Züge in dem Bilde des Paulus verflochten haben soll . . . . aber immer noch Absichtlichkeit finden . . . . . und um so bestimmter auf diese Absichtlichkeit *der Darstellung* beharren, als dieser (der Referent) nicht ein *vollständiges historisches Bild* von Paulus, sondern *ein möglichst glänzendes* darbieten will. Mag er demselben immerhin keine Züge einverleibt haben, welche unhistorisch wären, es fehlen doch um allseitig zu seyn, Hauptzüge des Paul. Bildes, welche uns aus dessen eigenen Schriften entgegen treten." (SCHNECKENBURGER, *Ueber den Zweck der Apostelgeschichte*, Bern 1841. pag. 58).

liber Actorum, perlustratione imprimis II ad Cor. epistolae manifestum reddi (1). Sed modo quis in librum Commentarios adeat et in N. T. posterioris temporis Introductiones, non deerunt ei, puto, plura dictorum argumenta. Quid vero miri in re? jam dudum locus, quem dicunt, communis eorum redditus sermo est qui criticam imprimis hanc nostram esse aetatem prae se ferant; neque dum annorum lapsus et scientiae progressus historicae et philosophicae de addubitatis, deque iis critico quae seculi ingenio vere minus et verosimiliter in N. T. libris exposita videntur, suum absolvant judicium proclamentque; — nec, dico, interea aliud quid iis faciendum relinquetur, qui firma quaerunt fundamenta et quibus aetatis illius hominumque veram et fidelem superstruere possint imaginem, quam Paulum ut adeant, eumque et de ipso interrogent, quod non minimi pretii, et de iis qui cum eo simul in vivis fuere Jesu sectatores; in ejus inquirant enuntiata, quidque inde certi nobis appareat de temporibus

(1) » Uebrigens kann man bei der Erklärung dieses Briefs (II ad Cor.) die Unvollständigkeit der Apostelgeschichte über die Lebensumstände des Paulus am lebhaftesten fühlen."

quibus scripta fuerunt, iisve etiam aetate anteriore, attente quam maxime et religiose eliciant et in lucem protrahant. Tale quid tentare quoque et paucis hisce incipere quaestionibus sibi proposuit auctor; ipsis vero illis specimini huic Academico, nec, uti hodie fieri fere solet, quibus hic prodeunt forma et limitibus, editioni destinatis.

§. I.

Cognitum est illud, quod de Gamaliële Pauli, uti videtur, praeceptore narrarunt Rabbini (in WOLFII, *Biblioth. Hebr.* II. pag. 882; cff. DAEHNE, *Geschichtl. Darstellung der Jüd. Alex. Religionsphilosophie*, II. pag. 219. et *Entwickelung des Paul. Lehrbegriffs*, pag. 5. NEANDER, *Geschichte der Pflanz. u. Leitung* cet. I. pag. 108. ed. 2. WINER, *Realwörterb.* in voce Gam. Interpretes ad l. Act. V. 14. etc.), cultorem eum fuisse sapientiae illius Hellenicae, quae a Syracidis nepotis inde aetate — ante 2 a. Chr. seculum medium — in Palestina ipsa vigere quoque incepit (cf. DAEHNE, *Rel. phil.* I. pag. 468 sqq.). Eoque verisimilior virorum venerabilium — uti recte a DAEHNIO loco priore animadvertitur — narratio est, quo minus laudabiliter hac in re Gamaliel, celebratissimus magister, egisse iis visus est; nec igitur, puto, a vero ab illis

aberratum est, qui ad eum quoque praecipue Pauli in illa sapientia — si quidem fuerit, de quo jam videbimus, — institutionem referunt. — At Tarsus, σπουδῇ, uti apud Strabonem legitur, πρός τε φιλοσοφίαν καὶ τὴν ἄλλην ἐγκύκλιον ἅπασαν παιδείαν Athenarum et Alexandriae aemula iisque adeo praecellens, urbs summi viri nativa, puerum non diu retinuerat, eumque duodecim vel tredecim annos natum Hierosolymas in Judaeorum scholas dimiserat (cf. NEANDER l. c. pag. 104 (1)); neque aliud secum ὁ νεανίας de Cilicia retulisse videtur vel referre etiam potuisse, quam in urbe Graeca cultissima habitationis memoriam et illi oppositam quodammodo educationis a Judaeis ductae parentibus anxietatem (cf. CREDNER, *Einl.* pag. 293). Eorum vero qui de Paulo, Tarsensi in Academia, in ἐθνικὰ (i. e. Graeca) incumbente studia fabulantur, quod ex locis scriptorum imprimis sequatur in ejus scriptis vel ora-

(1) THOLUCKII ab ipso citatam disputationem inspicere non potui. Recte etiam contra eos qui seriore demum aetate Paulum Hierosolymas profectum fuisse statuant, CREDNER *Einl. in das N. T.* pag. 291) vocem affert συνηλικιῶται in ep. 14. ad Gal. I. Cf. Dan. I. 10 in versione LXX.

tionibus excitatis, — eorum, inquam, sustenta et illa aetate puerili et DAEHNII praesertim dictis (*Paul. Lehrbegriff*, pag. 3. 4.) (1) satis refutantur. — Ju-

---

(1) » Und in Wahrheit verräth auch die Sprache seiner Briefe ganz entscheidend dasz Paulus dem *feineren* Hellenismus stets fremd geblieben sey. Man sieht ihr noch immer die Hebräische Farbe des Gedankens, Ausdrucks und Verknüpfung an, und unser Apostel steht in dieser Rücksicht anderen Juden ganz entschieden nach." Nec mirum; ex Judaeorum scholis omnem illam suam hausit dialecticam, qua postea, tanto successu, contra praejudicia ex ipso profluentia Judäismo, usus est. Inde illud habuit quod systematico quam maxime singula quaeque in disputando ad simplicia revocet principia. Inde illa quam BAUR (a KLING in *Stud. und Krit.* 1837. pag. 299 excitatus) respicit, orta est methodus: » dasz Paulus gerne von speciellen Gegenständen schnell zum allgemeinen sich erhebe um, nachdem er diesen nach allen seinen Momenten in 's Licht gesetzt, die Anwendung auf den besondern Gegenstand auf eine sichere, schlagende Art zu machen." Inde denique illud explicandum quod HIERONYMUS ait (in ep. ad Pamm. c. 13 apud CREDNER l. c. pag. 300) » quam artifex, quam prudens, quam dissimulator ejus quod agit. Videtur quidem verba simplicia et quasi innocentis hominis ac rusticani et qui nec fallere nec declinare noverit insidias: sed quocunque respexeris fulmina sunt. Haeret in causa, capit omne quod tetigerit, tergum vertit ut superet, fugam simulat ut occidat." Cf. etiam NEANDER l. c. pag. 106.

daeensis igitur metropoleos incola Gamalieli usus institutione, de magistro inprimis, quid cultiores isti Alexandrino-Judaei egerint, audire potuit, et audivisse eum quae probent plura in scriptis adsunt argumenta. Nolo describere quod de hujus ejus studii in epistolis Paulinis obviis vestigiis scripsere DAEHNE, *Paul. Lehrbegriff*, p. 4 sq. et SCHNECKENBURGER, *Ueber die natürliche Theologie des Paulus und ihre Quellen* (in *Beyträge zur Einleitung ins N. T.* pag. 92 sqq.), ille ex allegorica a Paulo adhibita et commendata interpretandi ratione, hic ex ep. ad Rom. capitibus duobus prioribus (de quibus etiam DAEHNE l. c. pag. 27. simili disputans evento conferri debet) cum analogis omnino Philonicis e libris Sapientiae Salom. et ipsius Judaei locis collatis. Quod ad capita autem illa attinet apocryphi libri Σοφίᾳ Σαλόμων, opus annotemus et secundum WETTIUM (*Einl. in 's Alte Test.*) ad anteriora Philonis temporibus, seculo a. Chr. n. secundo ad finem vergente, referendum esse; et, secundum DAEHNIUM (*Alex. Rel. phil.* II. pag. 161 sq.) Hieronymi de libro relata, ac si ipsum Philonem auctorem haberet, nonnullorum tantum opinionem exponere, neque vero, uti videtur, ipsius

patris continere sententiam. Postremus etiam auctor in advertendo, quod doctrinam inter Philoneam et sapientiae librum, minus adhuc elaboratam exponentem philosophiam, obtinet, discrimine multus fuit (l. c. pag. 153—162). Ceterum versum animadvertamus Σ. Σ. cap. XII. 18: Σὺ δὲ δεσπόζων ἰσχύος ἐν ἐπιεικείᾳ κρίνεις, καὶ μετὰ πόλλης φειδοῦς διοικεῖς ἡμᾶς· πάρεστι γάρ σοι ὅταν θέλῃς τὸ δυνάσθαι (1), quem miror virum Doct. in *Beyträge* fugisse, quo enim suam de vocum θειότης et δύναμις in ep. ad Rom. I. 20 significatione, et quomodo, diversa admodum confirmatam reperierit. Sed et allegoriam illam a Paulo in ep. ad Cor. I. cap. X. v. 2. adhibitam habere quo se referat in libro Sap. videmus, ubi (cap. X. v. 17.) ἡ σοφία, de qua in vss. praecc. sermo est, illa proponitur, extra Deum suam sibi propriam habens hypostasin (2), quae ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ὁδῷ

---

(1) Quod effatum et Nitzsch (*System der Christl. Lehre*, pag. 148. ed. 4) adhibuit: ut Dei voluntatem, voluntatem ostendat amoris sapientissimae; sic enim illa μετὰ πόλλῆς φειδοῦς δύναμις, ἴσχυς illa ἐν ἐπιεικηθίᾳ κρίνουσα demum θειότης. Cf. Schneckenb. l. c. pag. 100 sq. 112 sq.

(2) Qua de hypostasi cf. Daehne l. c. p. 155.

θαυμαστῇ, καὶ ἐγένετο αὐτοῖς εἰς σκέπην ἡμέρας καὶ εἰς φλόγα ἄστρων τὴν νύκτα. Apud Paulum enim l. c. de πέτρᾳ demum enuntiatur (v. 4) quod jam, Moïsis nomine omisso, de νεφέλῃ illa (v. 2) referri expectaris ἡ πέτρα δὲ ἦν ὁ Χριστός. Simili ratione Philo (*de Moïse* pag. 618: ἀφάνης ἄγγελος ἐγκατειλημμένος τῇ νεφέλῃ προηγήτωρ ὃν οὐ θέμις etc. quo angelo τὸν λογὸν intelligi docebit Daehne, I. pag. 438 (1). — Crednerus denique, ut hoc unum addamus (*Einl.* pag. 297), ut Paulum et materialiter de Pharisaïcis suis studiis retulisse ostendat, ad Josephi illud de hujus sectae doctrina resurrectionis provocat quod legitur de bello Judaïco II. 8. 14. Φαρισαῖοι μὲν οἱ δοκοῦντες .... ψυχὴν δὲ πᾶσαν μὲν ἄφθαρτον μεταβάνειν δὲ εἰς ἕτερον σῶμα τὴν τῶν ἀγαθῶν μονὴν, τὴν δὲ τῶν φαύλων ἀϊδίῳ τιμωρίᾳ κολάζεσθαι, quo I. ad Cor. ep. cap. XV. v. 35 sqq. habeant quod iis praecedit, quod vero quam levi vinculo cum postremo hocce loco conjunctum sit nemo non videt. Pro sequentibus, si

---

(1) Luculentum interpretationis Paulinae allegoricae exemplum exstat etiam in noto illo ep. ad Gal. loco cap. III. 13 sq. — Cetera legantur apud Dähne l. c. de *Paul. Lehrb.*

omnino ad aliquod se referant necesse sit, PHILONIS haec verba afferre malim (*Fragm. Mang.* Tom. II. pag. 654. Cf. DAEHNE, I. pag. 332): *Ἐάν δὲ θάνῃ μὲν τις τὸν θνητὸν βίον, ζήσῃ δὲ ἀντιλαβων τὸν ἀθάνατον ἴσως* etc. *Σπείρεται μὲν φθορᾷ* (1), inquit Paulus, *ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ* et *δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν.* Sed nolim in ista re anxie antecedentia quaeri, cui enim quantum, et hoc ipsum minus explicite, post Christi suam illiusque resurgentis Apocalypsen novi sibi acquisiverit Paulus omnium ante oculos est (cf. inprimis 1 Cor. XV. 35—38); quod vero in illo loco omnis *σωμάτος* ideae Alexandrinorum, fere dicas, odium fuerit, praeter DAEHN. ab ipso citatus GOLDHORN etiam exposuit (*die Christusparthei zu Corinth*) in ILLGENII Diario ann. 1840. pag. 169. — Quidquid vero hujus rei sit Paulo Alexandrino-Judaicorum, non incognita fuisse studiorum specimina, imo magnam illa in anteriore vitae stadio institutionis et eruditionis partem fuisse, negari non posse videtur; quodsi vero quem de iis retulerit

(1) Sic PHILO, *de Decalogo*, p. 752. *γένεσις φθορᾶς ἀρχή* (DÄHNE I. pag. 121).

fructum unice fere, uti videtur, in illustrandis temporibus adhibuerit ante-Christianis (ep. ad Rom. I. II.), postea in V. T. interpretandi suis legibus et Christi morientis expositione vestigia tantum nobis exhibens studiorum juventutis, — hoc ratione facile explicatur qua se totum Christo dederat *οὐ τὶ εἰδέναι* ratus *εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον*, ita ut cum DAEHNIO fere dicas (*Paul. Lehrbegriff*, pag. 12) omne suum cogitare humanum, omne humanum scire suum cedens siluisse apocalypsi (1). — De Alexandrinis autem fateamur quod enuntiavit GEORGII (*Ueber die neuesten Gegensätze in Auffassung der Alex. Rel. philos.*)

(1) Haec autem non ea ratione interpretanda esse qua DÄHNIUS intelligenda illa jubet (» Paulus *ermangelte* in den Augenblicken dieser Offenbarung (II Cor. XII. 1 sqq. quae tamen illi in universum Apocalypseos Paulinae imaginem exhibere videtur) *eines klaren menschlichen Bewusztseyns*. Er verstand also unter einer solchen Offenbarung keineswegs eine innere bewusztvolle, menschlich vernünftige oder verständige, sondern eine unmittelbare ausserordentliche Unterweisung, bei welcher *sein menschliches Denken und sich Wissen schwieg*)" infra (§. II) locum data opera tangentes videbimus.

in ILLGENII Diario 1839. 3. pag. 47 (1). Philonem et Christianismum inter se uti desiderium se habere ejusque expletionem; quo pro singulis Judaïsmus tendebat Messiae sui imaginis propositione, ad illud universali quorum veritate, omnium in usum, per-

(1) Demus igitur etiam viro venerando jam satis fuisse ab iis declamatum qui de aetatis illius, proxime ante-Christianae, animi dissolutione et ingenii paupertate querelas suas continuo nobis exhibeant. Sic enim, »während man gerade in dem *religiösen* Universalismus des Christenthums den sichersten Beleg seiner Erhebung auf eine bisher unerreichte Stufe finden musz, werden diejenige Momente, in welchen Philo und andere nicht-Christliche Geistesformen den *philosophischen* Universalismus ausbildeten, als Zeichen von Geistesarmuth und Verkommenheit aufgefasst. Richtiger gesagt, das Princip, das in dem Christenthum seine vollendete Ausbildung gewann, wird den Erscheinungen in denen es zuerst auf den Schauplatz der Geschichte gebracht wurde zur Schmach und Schande angerechnet (ibid. pag. 20)." Attamen ab altera parte animadvertendum erit omnes tales in historia transitus periodos — uti in rerum natura inter varia, quae dicuntur, regna et horum inter se genera varia, ista quae unius in alterum transitum manifestant — etsi progressu indoleve aut natura iis praestant e quibus transitum efficiunt proficiscunturque; — uti haecce oculorum sic illos mentis nostrique animi pulcri sensui et vigoris minus omnino satisfacere.

venisse Christianismum excelsa sua Jesu personae idea (1). Quo sensu etiam PASCALII illud celeberrimum valet effatum: in Christo omnes sublatas esse contradictiones (2).

---

(1) *Philo und das Christenthum verhalten sich zu einander wie die Sehnsucht zur Erfüllung, wie die Hoffnung auf die Zukunft zur Gewissheit der Gegenwart.* Ihre Verschiedenheit beruht auf der vorherrschenden Stärke des Orientalischen Elementes im Christenthum, das in der Idee der Menschwerdung des Logos einen überwiegenden und bleibenden Einflusz behauptete. Was das Jüdische Bewusstseyn durch die Messias-Idee, der Parsismus durch die Vorstellung des Sosiosch, in *particularistischen* Sinne anstrebte, das erreichte das Christenthum durch sein Anschauen von der höhern Persönlichkeit Jesu in *universalistischer Wahrheit und Allgemeinheit.*

(2) » En Jésus Christ toutes les contradictions sont accordées."

§. II.

Ἐμοὶ δὲ, inquit Paulus (ad Gal. VI. 14), *μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·* quae si quid aliud ostendunt quam novi omnino quid, quam, uti ipse appellat, *καινὴν κτίσιν* in Christo sibi oblatam esse intelligeret. Neque in viro hoc mirum esse potest, qui (cf. NEANDER l. c. pag. 107) animo illo ardenti, vigoris pleno, ubi aliquid amplexus fuerat, totis illud viribus ut teneret, perquam necesse. Sic antea Pharisaeus *ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ προέκοπτεν.* Sic Deus postquam *εὐδοκήσεν ἀποκαλύψαι* in eo *τὸν υἱὸν αὐτοῦ* nihil aliud se scire professus est, nisi Christum illumque crucifixum. Silentio omnia reduxerat quaecunque antea cordi ei essent et pretii. Hunc autem, Christum dico, non ex illis sibi innotuisse sciebat fontibus, unde antea sua, sive magistro instituente, sive propriis etiam

suis studio hauserat et exercitationibus. *Γνωρίζω γὰρ ὑμῖν*, inquit (ad Gal. I. 11, 12) *ἀδέλφοι, τὸ εὐαγγέλιον, τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστιν κατὰ ἄνθρωπον· οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ οὔτε ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.* — Quaestio est de ultimis verbis quid iis significetur factum. Rueckert, Usteri, al. apud Wett. ad l. citati, ad Act. IX. 3. referunt; Beza, Este ad visionem II Cor. XII. 2. expositam (de qua visione postea videndum erit). Quibus omnibus Wettius non singuli quiddam ad Apostoli institutionem sufficere objicit, aliquid vero continui requiri repetitique. Sic iis assentiendum esse judicat qui plures potius referri *ἀποκαλύψεις* sentiunt; quod, sua vocis, hoc in loco, significatione, immediate a Christo cum eo communicatorum (1), ac-

(1) Sic et Winer in Comm. ad l.: »singulari modo a Christo ipso institutus sum ad doctrinam." Quocum tamen cf. necesse est quod habet in *Real-Wörterbuch* II. pag. 214. ed. 2: »wenn Paulus von einer Offenbarung des Herrn, redet, so meint er damit gewisz nicht einen Offenbarungsunterricht, sondern jenes Licht das auf dem Wege nach Damaskus so wunderbar aufging, und ihn zum Herold des versmähten Evangeliums machte." Cf. et Hemsen

cepta, summo omnino jure urget. Videamus tamen an in illa subsisti debeat nec potius, alia verborum data interpretatione, verus demum evadat loci sensus. — At quidem interpretes ad unum omnes (1)

---

der Apostel Paulus, pag. 24. — USTERI explicat: »sondern Christus selbst hat es mir geoffenbaret (Comm. ad l.)" et (*Paul. Lehrbegriff* pag. 163. ed. 5) »dasz er die Lehre welche er verkündige unmittelbar von Christo empfangen." Mirum omnino USTERIUM locum sic accepisse, cum, nullo, uti WETT. fecit, genitivi exemplo allato, ipsa illa, ut de sign. vocis *ἀποκ.* certior redderetur, attulerit loca, quae si de genit. interrogasset melius enm docere potuissent. Cf. infra.

(1) Nec cum WETTIO Theodoretum exceperim. Hic enim ad l.: *Ἀγὰν σοφῶς τὸ δι᾽ ἀποκαλύψεως τέθεκεν· ἀναληφθεὶς γὰρ ἦν ὁ Δεσπότης Χριστὸς καὶ οὐκέτι ὁμοίως ἅπασιν ἑωρᾶτο· αὐτῷ δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ἀ π ο κ α λ ύ φ θ η, καὶ τῆς τοῦ κηρύγματος διακονίας ἠξίωσε· . . . . . . αὐτὸς αὐτὸν ἔσχε διδάσκαλον·* ubi aoristum illum medii sensu accipiendum esse contexta mihi suadere videtur oratio. Cf. BORGER *Interpr. ep. ad Gal.* pag. 21; qui ipse ad l. pag. 98 sq: »Potest autem vox *ἀποκάλυψις* hic accipi sensu vel activo vel passivo. Si *illam* rationem probes, sensus est: *Jesus Christus mihi patefecit doctrinam.* Sin vero *hanc* praeferas, locus est interpretandus: *Per J. Chr., quem Deus mihi manifestavit*, doctrinam meam accepi, cujus adeo institutioni, coram acceptae, eam debeo, atque sic quoque legitur vs. 16." *Quo* jure ita explicetur infra patere poterit.

genitivum Ἰησοῦ Χριστοῦ *genitivum* habent qui dicitur *subjecti*; pro quo Wettius ep. ad Corinth. II cap. XII. 1. excitat: ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις κυρίου· nec vero ibi gen. subj. reperire mihi videor. Quidquid enim dicat Wettius ut et hic ὀπτασίας inter et ἀποκαλύψεις distinguat, illas de aliqua re intelligens ad intuitum pertinente sensuum interiorem, has autem de superiore quadam scientia immediata, utramque vero ad ecstatica referens interna quaedam facta; tertium hocce, uti videbimus, concedi omnino debet, quod ad distinctionem autem illam attinet contextam jam inspiciamus orationem, ipsum deinde locum adituri. Atqui Capite anteriori se λογίζεσθαι dixerat μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπερλίαν ἀποστολῶν (1), qua de re et quod ut manifestius etiam reddatur ὡς ἄφρονα, rogat, δέξασθέ με ἵνα κἀγὼ μικρόν τι καυχήσωμαι (v. 16); ita jam omnibus, quibus gloriantur oppositi, sua Apostolus opponit illisque quantum praestet,

(1) Hisce non vere apostolos — τοὺς στύλους — designari, sed qui proprio suo nomine (vs. 13) οἱ ψευδαπόστολοι audiunt, docebunt Wett. et Rueck. ad l. Cf. etiam Goldh. in oratione citata pag. 134 sq.

ostendit. Quod postquam praesertim ob ea fecerit, quae Christi causa se perpessum esse narrat (ad finem usque Cap.), se quidem nunc versari *καυχωμένον*, ait, neque igitur inde desistere velle, quamquam ad talia jam perventum sit, de quibus quam minime *συμφέρον τὸ καυχᾶσθαι* (1); *ἐλεύσομαι γὰρ*, inquit *εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις κυρίου*. Videmus eandem fere hic — paullo explicitius tantum descriptam magisque elaboratam — inveniri ratiocinationem, qua (I ad Cor. IX. 1.) *οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος*; inquit Apostolus, *οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος*; *οὐχὶ Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἑώρακα*; ad quae postrema WETTIUS (in Comm. ad l.) ipsum nostrum tamquam analogum locum excitat (2); nec inde diversum illum esse, facile ut puto, apparet. Sic et cap. XV ejusdem epistolae vs. 8 hic pertinere videtur, ubi *ἐσχάτον δὲ πάντων*, legitur, *ὡςπερεὶ τῷ ἐκτρώματι* (3) *ὤφθη κἀμοί*. Quod quo-

(1) Sequimur, quam LACHM. secutus lectionem exhibet TISCHENDORF, sed nec inde diversum versus obtineas sensum, si vel receptam servaris. Cf. WETT. ad l.

(2) Quam analogiam observavit quoque GOLDH. l. c. pag. 138.

(3) Quaestio inter VV. DD. agitatur, quid sibi Paulus voce illa *τῷ ἐκτρ.* voluerit; etsi enim de significatione — fructus

minus de eventu Act. IX in via Damascena intelligas, vide quae annotavit RUECKERT et ad h. l. et ad priorem illum cap. IX. jure et hisce in locis ad ὀπτασίας illas, de quibus omnis haec nostra agitur disputatio, revocans (in Comm. pag. 391 sq. 238 sq.) (1). Jam ad has igitur redeamus. Se ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώμα-

---

abortivi — post WETSTENIUM, nullum superest dubium (cff. RUECK. et WETT. ad l.), tamen de causa nominis a Paulo adhibiti valde inter se dissentiunt interpretes, sive de vocatione vehementiore, naturae quasi contraria (BILLROTT), sive de eo illud intelligentes, quod minus sibi Apostolatu Paulus dignus videbatur (WETT., RUECK. al.). Attamen puto magis definite in appellationis causam inquiri posse: quae in eo mihi latere videtur, quod se Christianum, Christi nomen professum, vere demum natum putabat Apostolus; uti enim ipse dicit (vs. 9) οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀποστόλος — non in universum, uti illi habent, qui cum WETT. et RUECK. interpretantur, sed — διότι ἐδίωξα τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ. Hoc igitur se fructum tamquam abortivum egisse narrat, omnia sua contra Christi sectatores facinora ad illud veluti tempus referens, quo nondum se vixisse, vivere se nondum debuisse, nomine τῷ ἐκτρ. enuntiat.

(1) Quae contra RUECK. apud NEANDER (l. c. pag. 117 in ann.) scripta leguntur, vocis ἑώρακα significationem modo urgeamus, nihil efficere videntur.

τος — hoc nescit — ἁρπαγέντα dicit ἕως τρίτου οὐρανοῦ imo vero εἰς τὸν παράδεισον, ubi ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Quae Apostoli dicta quanto jure NEANDER (l. c. pag. 115 in annot. (1)) diversum nobis factum exhibere sustineat ab illo, quo Paulus primum sibi Christum ἀποκαλυφθῆναι expertus fuit, nemo puto negabit (2), etiamsi hac in re, cum illo, vel narratum illud de itinere Damasceno premere velit. — Quam vero hic

(1) » Die Ansicht dasz die Vision von welcher die Bekehrung des Paulus ausging, die von ihm selbst 2 Korinth. XII. 2 bezeichnete sey, hat doch alles gegen sich. Von der ersteren ging das Beginnen seines Christlichen Bewusztseyns aus, die zweite bezeichnet einer der höchsten inneren Lebensmomente bei dem, der schon seit längerer Zeit in der Gemeinschaft mit Christus lebte, der unter den mannichfachen Kämpfen welche er zu bestehen hatte, durch ein solches Vorgefühl des himmlischen Daseyns erquickt, und für seine Mühen neu belebt werden sollte." Qüod ad celebb. viri verba illa attinet quibus nostra visionem nam quasi dicitur vitae interioris gradium, cff. quae mox de OLSHAUSENIO in texto annotabimus.

(2) WITSIUS (*Meletemata*, pag. 10) omnia, fere dicas, Paulina ac ecstasin refert: » *vocationem*, quae facta in *ecstasi* et *confirmationem* in munere, pariter in *ecstasi* factam." — Sic vero vir clar. ut vocem רוכבים in Ps. LXVIII. vs. 18 obviam Paulum respicere ostendat.

optasiam ante oculos positam nobis videmus, nullum dubium quin iis assentiendum sit qui, quae dicitur, in *ecstasi* illam originem habuisse sentiunt. De qua paucis videamus. Memorabili quam maxime sensu vox adhibita est in versione LXX Gen. Cap. II. vs. 21 ubi legitur: *ἐπέβαλεν ὁ θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ ὑπνώσε.* Quem vocabuli usum, *sopor altus* designetur *somnus* (תַּרְדֵּמָה) annotavit Daehne (*Alex. Rel. phil.* II. pag. 18), qui tamen idem Philonis Jud. loci interpretationem excitat quam perlustremur. Legitur illa in Legum allegoriis II. p. 1091 sq. (Richteri quam adhibeo edit. (Lipsiae 1828) Vol. I). Postquam *μυθῶδει τὸ ῥητὸν* ostendit et de sensu disputavit quem habere illud dicendum sit, *περὶ αἰσθητικῆς τῆς δυναμέως* versum agere dicit *αἰσθήσεως*que *ἐν ψυχῇ γένεσιν* describere; dein ita pergit: *μετὰ γὰρ νοῦν εὐθὺς ἔδει δημιουργηθῆναι αἴσθησιν βοηθὸν αὐτῷ καὶ σύμμαχον·* illa enim *πρὸς συμπλήρωσιν τῆς ὅλης ψυχῆς* inserviet, *καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀποκειμένων ἀντίληψιν.* — *Πῶς οὖν γεννάται; ὡς αὐτὸς* (*ὁ λόγος*) *πάλιν φησὶν, ὅταν ὑπνώσῃ ὁ νοῦς. Τῷ γὰρ ὄντι ὑπνώσαντος νοῦ γίνεται αἴσθησις. Καὶ γὰρ ἔμπαλιν ἐγρηγορότος νοῦ, σβέννυται. Τεκμή-*

ριον δὲ, ὅταν τι βουλώμεθα ἀκριβὲς νοῆσαι, εἰς ἐρημιάν ἀποδιδράσκομεν, καταμύομεν τὰς ὄψεις, τὰ ὦτα ἐπιφράττομεν. ἀποταττόμεθα ταῖς αἰσθήσεσιν. Οὕτως μὲν ὅταν ἀναστῇ καὶ ἐγρηγόρσει χρῆται ὁ νοῦς, φθείρεται αἴσθησις . . . . . . οὐκοῦν ἥ τε τῶν αἰσθήσεων ἐγρήγορσις ὕπνος ἐστὶ νοῦ, ἥ τε τοῦ νοῦ ἐγρήγορσις ἀπραξία τῶν αἰσθήσεων. Καθάπερ καὶ ἡλίου ἀνατείλαντος μὲν ἀφανεῖς αἱ τῶν ἄλλων ἀστέρων λάμψεις, καταδύναντος δὲ ἔκδηλοι· ἡλίου δὴ τρόπον ὁ νοῦς ἐγρηγορὼς μὲν ἐπισκιάζει ταῖς αἰσθήσεσι, κοιμηθεὶς δὲ αὐτὸς ἐξέλαμψε. Hisce expositis ad locum redit: *Εὖ δὲ τὸ φάναι*, inquit pag. 1093, *ὅτι « ἐξίσταται" . . . . Ἐξίσταται δὲ (ὁ νοῦς) ὅταν μὴ πραγματεύηται τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτῷ νοητά. ὅτε δὲ οὐκ ἐνεργεῖ ταῦτα κοιμᾶται.* Quamobrem et *ὀρθῶς* dictum esse post *ἔκστασιν* a Deo ei immissam Adamum (*τὸν νοῦν*) dormiisse; *ἡ γὰρ ἔκστασις καὶ τροπὴ τοῦ νοῦ ὕπνος ἐστὶν αὐτοῦ.* — Quibus jam subsistemus. Etsi enim vereor ut evento in libri Gen. versu enarrato multum lucis afferant Philonis disputata, nostro certe loco Paulino ea si adhibuerimus, qualis in illo narretur Pauli habitus, facile apparebit. Ubi enim mens dormit, sensus expergefiunt; excitatur mens, ubi dormiunt sensus,

ἔκστασις quasi hominis fit e corpore suo; mens sensibus destituitur rerumque et sui conscientia, ut nullo vinculo corporeo terrae adstricta in coelum quasi *ἁρπαγῆται*. *Εἴτε ἐκτὸς τοῦ σωμάτος τρίτου ἕως οὐρανοῦ* (1) ereptus sit, *εἴτε ἐν σώματι, χώρις τοῦ σωμάτος* an *ἐν σώματι παραδείσῳ* advolarit, Paulus se nescire fatetur. Neque mirum, erat enim in ecstasi. Eadem fere Olshausen (*Comm. ad Acta App.* ed. 3. pag. 770 sq.) alio Philonis loco de Abrahamo hujusque ecstasi excitato (*περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς ἔκστασις ἐπεπέσεν ἐπὶ τὸν Ἀβραάμ* (Gen. XV. 12) cum interpretatione hujus loci in libro *quis rerum div. haeres* obvia. Unde enim effici, inquit, depressam omnino vel sublatam mundi ejusque rerum conscientiam ecstasi esse propriam (2),

(1) Cum Wettio statuendum est unam eandemque tribus versibus contineri exstaseos expositionem, hujus vero duas progressus partes, quarum priore tertium in coelum sibi inductus videbatur Paulus, altera quasi hujus coeli partem intrabat interiorem, *παραδείσον*. Cf. et Bengel *in Gnom. in N. T.* pag. 813: » *Paradisus* interius quiddam in coelo tertio dicit, quam ipsum *coelum tertium*," et pag. 812 (ad vs. 1): » duos gradus habuere *raptus* illi, ut mox memorat."

(1) » Hieraus geht deutlich hervor, dasz ein deprimirtes oder

Recte vero etiam addit, talia etsi tamquam *χαρίσματα* proponi solebant nequaquam tamen summum vitae interioris progressum efficere, iisque praestare multo si cum summa mentis intentione claram tui teneas conscientiam (1). Hanc imprimis distinctionem inter *ἀποκάλυψιν* vere sic dictam existere nobis ponentibus et quales nostro in loco ante oculos nobis versantur visiones, non deërint quibus nitamur. Apostolus ipse quominus ecstaseos nomine usus sit, illud effecit, quod non conditionem, qua versabatur, potius quam de se *in* illa conditione versanti quid factum fuerit, respexitque quae ei obversabantur *ὀπτασίαι καὶ ἀποκαλύψεις κυρίου*. Ipsius vocis

---

aufgehobenes Weltbewustseyn zu dem specifischen Charakter der Ecstasis gehört, während inzwischen der Geist eine mächtige Einwirckung auf die Seele ausübt."

(2) *Ὁ γὰρ λαλῶν γλώσσῃ*, inquit Paulus ad Cor. I cap. XIV: 2 sq. *οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, ἀλλὰ τῷ θεῷ* (vid. mox in texto excitandus ep. II. cap. V. vs. 13) *οὐδεὶς γὰρ ἀκούει, πνεύματι δὲ λαλεῖ μυστήρια· τὸ δὲ προφητεύων ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομὴν* etc. et vs. 4. *ὁ λαλῶν γλώσσῃ ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ· ὁ δὲ προφητεύων ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ.* Quodsi enim, uti deinde videbimus *ὁ προφητεύων ἀποκάλυψιν ἔχειν* dicendus est, *γλώσσῃ τῷ λαλοῦντι* ecstasin fere tribuas.

Paulum usum non ignorasse patet v. c. e nostrae ep. cap. V. 13 ubi haec: εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, θεῷ· εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν. Statuamus igitur cum RUECK. necesse est (1), vocem ἀποκαλύψεις κυρίου, addito ὀπτασίας (2) vocabulo, magis esse definitam et cum eo conjunctim reddendam esse: *visiones et adspectus domini.* Neque quod WETTIUS urget contra hanc interpretationem valet, non solum de *Christi visione* Apostolum loqui; cum et ex contexta appareat oratione illam praecipue eum spectasse; quod deinde vel ex ipsis effici potest verbis, quae loci in fine, ubi ad summum ecstaseos

(1) Comm. II. pag. 358.

(2) Quaeritur cur plurale a Paulo adhibitum sit; cujus quidem causa in eo videtur, quod ψευδαποστόλους istos spectans, quibuscum de iis egerat, quae Christi causa perpessus erat, nunc ad eas transit, de quibus iidem gloriabantur, visiones, ac si dicere vellet: venio nunc ad locum de domini apparitionibus. — Ipsos illos ψευδ. non de praeternaturali modo cum ipsis a domino communicatis, sed de visionibus gloriatos esse contra SCHENKEL (*de ecclesia Cor. factionibus turbata* 1838) ostendit GOLDHORN l. c. pag. 138 sq. — Cf. quae de factionibus Cor. non e doctrinae discrimine oriundis disputavit promotor meus aestim. KIST *Archief* X. p. 115 sq.

momentum pervenerat, scripsit; ibi enim se audiisse narrat ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Erant haec igitur ad quae inprimis tendebat oratio; ea autem Apostolum de sonis intellexisse Christi ex ore profectis omnino verisimile videtur, qui et hic igitur praecipuas in narratione agit partes. Ἀῤῥήτα autem dicit, quippe quae humano ori indicta, ineffabilia, humana lingua non exprimenda (cff. WETT. et RUECK.). Cave vero ut cum DAEHNIO (*Paul. Lehrbegriff*, s. 12) ipsis illis ῥήμασι dari ἀποκάλυψιν cogites, ut sic ex nostro loco de fontibus disputes, unde Christianam suam hauserit doctrinam, quidque tali ἀποκάλυψει intellexerit Apostolus, efficias; tum enim, si vel nostram non accipis loci interpretationem, ὀπτασίας tamen primum in illo spectari concedas, necesse est; tum facile intelligitur ἀποκαλυφθῆναι non id dici posse, quod ἀῤῥήτοις κ. τ. λ. continetur dictis (1); infra vero pluribus de v. ἀποκ.

---

(1) Nec cum ecstasi, in aegro quodammodo corporis habitu oriunda, confundi debere patet conditionem, quae totum hominem sanum quam maxime et σωφρονοῦντα requirit. Cff. loci supra citati, OLSH. et NEANDER. Ceterum jam WITSIUS (*Melet.* pag. 29) annotaverat: » Tum et apocalypsis facta Paulo et plena institutio, ad Apostolatus fun-

notione videndum erit. Nunc hoc addamus, exstare apud PHILONEM locum (*de exsecrat.* pag. 436), ubi ὄψις ἄδηλος μὲν ἑτέροις Messias dicitur, μόνοις δὲ τοῖς ἀνασωζομένοις ἐμφανης (1), cujus similibus si et ψευδαπόστολους usos fuisse dixeris ad Christum dictis translatis, non longe, puto, a vero aberres, nec nobis deerunt quibus se Paulus, ubi ἑωρακέναι se gloriatur τὸν κυρίον ejusque ipsi datas citat ὀπτασίας, opposuerit (cf. GOLDHORN l. c. pag. 172).

Jam vero loco dimisso ad alia nos convertamus. Et de I ad Cor. V. 7 quidem: ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκαλύψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, quaestio esse nequit. Deo gratiis actis ἐπὶ τῇ Χαριτι ejus, in Christo Jesu Corinthiis datae, quod inter eos Christi praedicatio (τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ uti τὸ κηρύγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ (Rom. XVI. 25) gen. in-

---

ctionem necessaria, fuit de Evangelii mysteriis, quae et viva voce et scripto ubivis gentium publicavit: *In raptu autem suo audivit* ἀ ῤ ῥ ή τ α ῥ ή μ α τ α, quae evulgare nefas erat."

(1) Ξεναγουμένοι πρὸς τίνος θειοτέρας ἢ κατὰ φυσὶν ἀνθρωπίνην ὄψεως ἄδηλου μὲν ἑτέροις etc. Locus citatur apud DAEHNE (I, pag. 438, annot. 572).

terpretando obj.; (cff. RUECK. ad l. WETT. ad l. Rom.)) firmata sit, ita ut in nullo inferiores sint dono divino, *revelationem, patefactionem exspectantes domini Jesu Christi* i. e. diem adventus ejus, quo in δόξᾳ sua omni revelabitur mundo (cf. RUECK. qui conferre jubet II ad Thess. I. 7. ubi de eadem re sermo est (cf. WETT. ad l.), et Rom. VIII. 18. 19 ubi non digna esse scripsit Paulus *τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι* et exspectare dicit creaturam *ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ, eventum quo patefiant filii Dei;* de quibus interpretandis nemo dubius haerebit. Addantur loci Petrini de domini reditu, ep. I. v. 6. 7. 13. *ἀγαλλιᾶσθε ὀλίγον ἄρτι .... λυπηθέντες, ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πιστέως .... εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον* etc. *ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χριστοῦ·* et *ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην χάριν ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χριστοῦ* (1). Sic et cap. ejusdem epistolae IV. v. 13 *ἐν τῇ ἀποκαλύψει*

(1) STEIGER (*der erste Brief Petri*, Berlin 1832) ad l. versum ad aliquid quod locum jam habuit refert. Contra ejus tamen annotata et locus citatus (vs. 7) et omnis oratio contexta loqui videtur. De part. (*φερομένην*) cf. WINER, *Gramm.* pag. 323 sq.

τῆς δόξης αὐτοῦ (Christi); et in ep. ad Rom. cap. II. 5. ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας (1) τοῦ θεοῦ. Cap. XVI denique v. 25 legitur κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου.

Est vero alius locus, qui ab iis excitatur, Christum qui Paulo singulari quadam institutione doctrinam suam revelasse contendunt. Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν etc. Qui primo obtutu contrariam omnino nostrae sententiam propugnare videtur. *A domino se accepisse* Apostolus tradit quod etc. Primum vero usum praep. ἀπὸ, quae pro παρὰ tum posita esset (cf. WINER, *Gramm.* pag. 354, WETT. ad locum) (2), ut de

(1) Hanc lectionem alteri illi ἀποκ. καὶ δικ. praeferendam esse, praeter WETT. ad l., totius versus docet habitus, ubi ὀργὴ et τῆς δικαιοκρισίας ἀποκάλυψις sibi invicem apte apponuntur, ὀργη vero, ἀποκ. et δικαιοκρ. non item. Nec tamen, si vel sic interpretari velis, contra nos versum testari patet.

(2) Uti Gal. I. 12. οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον· cff., et ad seqq., quae de voce παρελάβετε (Phil. IV. 9) disputarunt praeceptor aestumatissimus VAN HENGEL, in *Comm. perp.* pag. 293. et WINER (*ad Gall. Comm.* pag. 46) ubi verbis ἃ καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε καὶ ἠκούσατε. CIC. pro *Mil.* 4 verba apposuit: » didicimus, recepimus, legimus."

immediata tali communicatione versum intelligamus, non sinit. Vid. etiam NEANDER l. c. pag. 45. Deinde, uti vel ipse WETT. observat, verbum *παραλαμβάνειν* non est proprium, quo aliquid revelari enunties. Idem autem hoc vocabulum Paulus (cap. XV. 3.) adhibet (in simili quam maxime nostrae sententia: *παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ὃ καὶ παρέλαβον*) ut Christi de morte et resurrectione certiorem se factum indicet. Itaque nec in nostro etiam loco de alia cogitandum erit re, quam ut, sive traditione hoc acceperit, sive (si cum NEANDER l. c. statuere malis) collectis scriptoque mandatis quibus utebatur Christi dictis. Unde igitur et talia explicanda sunt dicta, quae, uti I Cor. VII. 12. (*τοῖς δὲ γεγαμηκόσιν παραγγέλλω οὐκ ἐγώ, ἀλλὰ ὁ Κύριος* etc. coll. Matth. XIX. 9.), ipsius Domini, quae feruntur, referant verba. Quod contra annotavit DAEHNE (*Paul. Lehrbegriff*, pag. 13, quo cum et WETT. (ad l.) facere videtur), sic suis ipsius Paulum oppugnare principiis, quibus non ab Apostolis aliquid sibi tradi sivisse affirmet, hoc etsi de Evangelio, quod dicebat, suo verum esse — unde ipsum viri summi pretium oriundum et merita — nemo erit qui dubitet, tamen si ad dicta quoque domini quaedam histori-

ca, de quorum veritate ei constabat, extendere velis, vide quid agas. — At vero Corinthiorum ubi coenae abusum et perversas de ea notiones carpit, ut ad verum ejus adhibitionis modum eos reducat, nihil aliud faciendum esse ut cogitaverit opus esse videtur, quam in memoriam eorum revocare sive ante oculos etiam ponere ipsa, quae tradebantur Jesu, in coena instituenda, dicta; quod satis auctoritatis esse debebat contra homines, qui alia ratione, minus illa probanda, coena uti solebant.

Uti vero nusquam verbis *τοῦ Χριστοῦ* vel sim., post vocem *ἀποκάλυψιν* positis, inesse apparet gen. subj. (1), hoc pro nostro, ad quem jam revertamur locum ad Gal. vel inde etiam manifestum est quod vv. 15 et 16 legitur: *ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ* (2): Chris-

(1) Et post alia vocabula, de quorum gen. subj. antea fere omnibus constabat interpretibus, gen. requiri obj., nostro demum tempore varii ostendere Viri DD. Cff. v. c. quae de voce *πιστει* disputarunt Winer (*Comm. in ep. ad Gal.* III. 23), van Hengel (*Comm. perp. in ep. ad Philipp.* pag. 112; de voce *εὐαγγέλιῳ* Winer (*Gramm.* ed. 4. pag. 171, 172) etc.

(2) Quod ad h. l. Usteri in Comm. annotavit: »dass übri-

tum a Deo in se patefactum esse Paulus praedicit, a quo si diversi quid v. 12 narrari statuatur, ibique ἀποκαλύψεως Ι. Χρ. de revelatione, institutione Apostolo a Christo data, intelligendum sit, potius ab omni loci interpretatione, imo intelligentia desistendum esse crediderim, praesertim cum et in

gens hier τὸν υἱὸν als Object, welches geoffenbaret wird, angegeben ist, steht gar nicht im Widerspruch mit unserer Erklärung von Ι. Χρ. als gen. subj. zu ἀποκ. vs. 12; denn in vs. 15 und 16 liegt gar nicht dasz Gott unmittelbar dem Paulus seinen Sohn geoffenbaret habe, *sondern nur dass die ἀποκ. auf einer εὐδοκία Gottes beruhe;*" nescio quid tali effato sibi demonstrari visus est vir D. Non enim de εὐδοκία illa Dei agitur, acsi de ea in oratione praecipue agitetur quaestio, sed de ἀποκάλυψει continuo loquitur Apostolus, quam nec homini alicui tribuendam esse ait, nec, uti prosequitur, postquam Christus in me revelatus est, cum ullo alio homine, ne cum Apostolis quidem, Hierosolymis degentibus, collocutus sum; sed, post tres demum annos, dies quatuordecim cum Cepha fui, eum ἱστορῆσαι illuc profectus. — Christus objectum est τῆς ἀποκαλύψεως, Deus auctor, nec ulli homini vel tantillum tribuendum in omni illo Pauli Euangelio. Talis Apostoli ratiocinatio habetur. — Eadem autem ratione qua Deus hic revelasse dicitur τὸν υἱὸν αὐτοῦ, Christus (ad Coloss. II. 2) dicitur τὸ μυστήριον τοῦ θεοῦ. — Cf. infra.

iis, quae singularis illius institutionis specimina tamquam exhibere nobis dicebantur, locis nihil tale reperi vidimus. Attamen cur ita statuas in contexta oratione causa adesse videri possit, cum, citatis hominibus, quibus nihil se debere affirmat Apostolus, ab ullo eorum se instructum esse vel aliquid ab iis acceptum sibi referri tota negat animo, aliquem oppositum exspectaveris, qualis tamquam Christus se vel sponte offerre videtur. At videamus. Primum hoc dicendum, uti παρὰ praep. fontem indicat, unde Paulus se derivasse, accepisse negat Evangelium suum, in opposito orationis membro similem praep. reperiri debere, cujus vero locum praep. διὰ explere non posse docebit WINER (*Gramm.* ed. 4. pag. 362). Deinde neque Christi et hominum antithesin hic locum obtinere posse praeter vers. 10 praec. (ubi Paulus enuntiato anathemati de alio, quam quod ipse praedicaverat, Evangelio causam addit: ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω ἢ τὸν θέον;) omnes ostendant loci ubi ejusmodi τῶν ἀνθρώπων oppositio invenitur; sic in loco nostro omnino simili I Thess. II. 13. gratias se Deo agere scribit ὅτι τοῦ θεοῦ ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων· sic Eph. VI. 6. μὴ κατ' ὀφθαλμοδου-

λ ε ί α ν ὡς ἀ ν θ ρ ω π ά ρ ε σ κ ο ι, ἀλλ' ὡς δ ο ῦ λ ο ι Χ ρ ι σ τ ο ῦ ποιουντες τὸ θέλημα τ ο ῦ θ ε ο ῦ (i. e. igitur θ ε ά ρ ε σ κ ο ι) etc. — Sic (θ ε ῷ) ἐν Χριστῷ (non Χριστῷ) ἁγίους Philippenses alloquitur (cf. VAN HENGEL in *Comm. perp.* ad I. 1.) (1). Jam ne quis, hisce etiam acceptis, verba tamen δι' ἀποκ. *I.* Χρ. *ita* de medio explicari posse sustineat, quo Deus Paulo ἀποκ. det — uti cap. III. 19. διαταγεὶς dicitur ὁ νόμος δι' ἀγγέλων — ut interpretanda sint *instituente Jesu Christo;* hoc quominus contendat post supra disputata vers. 10 maxime vetare manifestum est (2). Hoc igitur, tacita altera anti-

(1) Neque obstant loci, ubi sibi invicem ἄνθρωποι et Χρίστος opponi videntur, uti quaeque docebit in eos accuratior inquisitio. Sic v. c. Eph. VI. 7. μετ' εὐνοίας δουλεύοντες ὡς τῷ Κυρίῳ καὶ οὐκ ἀνθρώποις, ubi omnis ambiguitas vocis δουλεύειν adhibitione evanescit (cff. v. praec. in texto citatus, ad Gal. I. 10. ad Col. II. 22 sq. etc.). — Illa vero quae Coloss. II. 8 inveniuntur κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ στοιχεία τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ Χρίστον, sequentibus (vs. 9) explicantur de Christo: ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, enuntiantibus.

(2) GROTII expositionem qua verba ἀποκαλύπτειν ἐν ἐμοὶ *per me propagare* significent, post KOPPIUM jam BORGER refutavit; ipsorum, cum CALVINO vocabula ἐν ἐμοὶ pro

thescos parte, Paulus sibi vult: neque enim ego ab ullo illud accepi homine nec didici, sed Deo debeo Evangelium meum Jesum Christum (in me) revelanti. — Itaque verborum sensu sic constituto, versum ut mittamus nihil aliud nobis opus est quam tali quid significaverit Dei revelatione, *ἀποκάλυψει Ἰησοῦ Χριστοῦ* quid designaverit Apostolus, ut inquiramus; sic illuc redituri unde profecti sumus (1) ut, quid demum factum verba respiciant, appareat.

Τῷ ἀποκαλυπτέσθαι autem quid intelligatur quaerentibus lucem nobis, ni fallor, praesertim I ad Cor. ep. praebebit cap. XIV. 29. 30. *προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλέτωσαν καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν*; *ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ ὁ πρῶτος σιγάτω*· unde enim apparet cum *προφητείᾳ*, quae dicitur, *ἀποκάλυψιν* cohaerere, quisque *προφητεύων ἀποκάλυψιν ἔχῃ* (uti est v. 26) oportere; quod commendari quam primis, iisque adeo postulari quae Paulus v. 6. descripsit recte vidit Rueckert (in *Com-*

---

dativo esse posita ratorum, interpretationem minus veram esse docebunt Usteri et Wett. ad l.

(1) Cf. supra pag. 16.

ment. pag. 360); ibi vero *τί ὑμᾶς ὠφελήσω ἐὰν μὴ ὑμῖν λαλήσω*, inquit Apostolus, *ἢ ἐν ἀποκαλύψει, ἢ ἐν γνώσει, ἢ ἐν προφητείᾳ ἢ ἐν διδαχῇ*; de quibus non dubitandum quin duo distinguantur, *διδαχὴ* et *προφητεία*, quarum illa e *γνώσει* oriunda, humana *cogitandi perscrutandive* via acquisita, haec in *ἀποκάλυψει* divina, solo omnino Deo auctori tribuenda *mentisque ex intuitu* derivanda (1). Hanc igitur lucide *intuendi* notionem adepti (2), quid fuerit quod Paulus, Deo revelante, ita ut ipse intueretur Deum *εὐδοκῆσαι* enarret, ut eliciamus superest.

Maxime vero hoc ex ep. I ad Cor. capite I pate-

(1) Cf. NEANDER l. c. pag. 177: » Der Prophet sprach einer augenblicklichen Steigerung seines höheren Selbstbewustseyns, *einem Lichte das ihm aufging* folgend. . . . . . (Er) mag sich wohl durch das Vorherrschen des *intuitiven* Vermögens von dem *διδάσκαλος* unterschieden haben." Sic et RUECKERT ad vs. 29, 30. Comm. pag. 380: » das ein Gemeinglied eine besonders helle *Klarheit* bekam" (*ἄλλῳ ἀποκ.*). —

(2) Jam ubi de externis visis sermo est, uti in illis de domini redeuntis revelatione locis, *intuendi* vocabulum cum alio permutandum esse, externis rebus magis adapto, per se patet.

re poterit. Ibi enim Christum Jesum *σοφίαν* dicit Paulus *ἀπὸ θεοῦ* i. e. uti addit *δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις* v. 30 (1) et (v. 24) *Χριστὸν θεοῦ δύναμιν καὶ θεοῦ σοφίαν* — *σοφίαν* vero *τοῖς κλητοῖς*, *ἔθνεσι δὲ μωρίαν* (v. 23). Quamobrem vero Christus *ἡ σοφία θεοῦ*, *μωρία* dicatur mundo contexta nobis exponet oratio. Christum enim *ἐσταυρωμένον*, *μωρίαν* habebant ethnici (v. 23), crucem illam ut premamus nos monentes, ut quid *Christi* ille *intuitus* Paulo significet, pateat. Sic et v. 17 *ὁ στάυρος τοῦ Χριστοῦ* et *τοῦ λόγου σοφία* ita sibi invicem opponuntur, ut *hanc* si tueri velis, *illa κενωθῇ*. — Itaque Christum illumque *ἐσταυρωμένον*, nihil aliud, ulterius nihil se divina gratia intuitum esse Paulus enuntiavit de Christo in se revelato sermonem faciens. Hujus etiam crucifixi *κηρυγμά* erat, quod memorat ad Rom. XVI. 25; ille crucifixus *τὸ μυστήριον* est, quod, antea *σεσιγημένον*, nunc intuebantur Christi sectatores. Ex il-

---

(1) Sic locum interpretandum esse contra Wettium cum Rueck. statuendum est; quod tum vs. 24, mox citando in texto, maxime monuimur, tum particulis *τε καὶ* non prohiberi videtur.

lius τοῦ ἐσταυρωμένου intuitu et omnis illa Pauli grandis quam maxime, et prae ceteris Apostolis illius merita efficiens, doctrina derivanda est, qua veram primus Christianismi indolem professus est: τὸ μυστήριον, uti inquit ad Eph. III. 3 sqq., κατὰ ἀποκάλυψιν — per intuitum — ipsi ἐγνωρίσθὲν ..... τὰ ἔθνη esse συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγ. etc. Christo enim Crucifixo ἡ κάταρα τοῦ νόμου nihili erat facta (Gal. III. 13, 14.) et uterque, Judaeus — νόμου sui, quo gloriabatur, privilegio privatus — et ethnicus — nihilo post legem mortuam priori cedens — modo Christo se συνεσταυρωμένους convicti sint (II. 20.) aequa apud Deum gaudiunt δικαιόσυνη· εἰδότες ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐν ἔργων νόμου, εὰν μὴ διὰ πίστεως Ιησοῦ Χριστοῦ (Gal. III. 16). — Haec omnia erant illa quae σοφίαν constituebant θεοῦ, quaeque antea ἐν μυστήριῳ ἀποκεκρυμμένα, nunc intuebantur Christum qui professi; quibus enim illa intuenda διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ (1) Deus revelaverat (I Cor. II. 7. 10).

---

(1) Sic et Eph. I. 17. Paulus: ἵνα ὁ θεός δώῃ ὑμῖν πνεύμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως se οὐ πανέσθαι εὐχαριστοῦντα enuntiat. Illo enim Spiritu efficiebatur ut intuerentur τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ.

Quae vero si nunc mittamus elaborata minus quam e longinquo potius monstrata et proposita, et paragraphi causa facere hoc cogimur Paulum in Christi se convertentem sectatorem nec plura exhibentis; nec etiam Christologiam Paulinam scribere in propositis nobis vel otio erat aut speciminis Academici intra limites; ad hanc autem omnem in illas res inquisitionem sese extendere debere accuratiorem elaboratioremve earum expositionem, e quibuscunque diximus facile apparet. Uti et illud: *omnem* Paulinam Christologiam hac, quam proposuimus, necesse niti basi, hac superstruendam esse, Christo nimirum crucifixo. Neque mirum; hic enim — *τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ* — infensissimi fuerat odio Judaei; hunc iterum postquam, Deo revelante, mysterium ejus intuitus erat, *σοφίαν τοῦ θεοῦ* praedicare debuit.

De facto, ad quod referenda sint dicta Paulina, jam nunc verbo addamus, nullum tale in epistolae, quem tractavimus, loco inveniri; Paulum vero omne illud spectare tempus dicendum esse, quod ab illa inde die decurrit quo primum Dei mysterium, Christum, intuitus est, quodque, uti ipse narrat (1), in

(1) Vs. 17.

Arabia maxime degit. Illis enim diebus, nulla cum hominibus usus communione (ad Gal. I. 16, 17.), id quod animo impressum tenebat, fovit excoluitque. Pro illis autem in Actis Apostolorum quaerere analoga, donec virorum DD. de illius libri auctoritate et cum Apostoli, in nostro et secundo imprimis ad Gal. epistolae capite, dictis cohaerentia, certa erit et stabilita opinio, non auserim; ipsum autem hanc tractare quaestionem, ubi otium datum erit, seriori mihi reservans tempori. Ad iter vero Damascenum si qui erit, qui stadii hujus in vita Paulina initium referre velit, per me quidem licet.

ERRATA.

pag.	2	l. 12	*lege*	zurückw.
	2	» 13	»	der
»	6	» ult.	»	ad Gal. I. 14.
»	7	» 13	»	systematice
»	9	» 22	»	*ἐπιεικέιᾳ*
»	10	» 15	»	*μεταβάινειν*
»	17	» 15	»	*τέθεικεν*
»	19	» 18	»	*ἐκτρώματι*
»	21	» 20, 21	»	visio summus — gradus
»	21	» 24	»	ad ecst.
»	22	» 8	»	quo *sopor*,
»	22	» 14	»	*δες*
»	23	» 23, 24	»	(Ubi enim — exp.);
»	25	» 12	»	respexit quaeque
»	25	» 20	»	*ὃ δὲ*
»	28	» 14	»	*χάριτι*
»	30	» 8	»	etc. (I Cor. XI. 23).

Cetera corrigat B. L.

THESES.

I.

Gen. IV. 7 verba ultima וְאַתָּה תִּמְשָׁל־בּוֹ e cap. praec. vs. 16 interpretanda sunt: tibi, matrimonio quasi, conjunctum habebis.

II.

Jud. cap. I. vs. 14 in voc. וַתְּסִיתֵהוּ, pro pron. masc. הוּ legendum videtur fem. הָ.

III.

Ibid. cap. XVIII. vs. 14 voc. לַיְשׁ glossa est; quod de reliquis ejusmodi constructionis exemplis statuendum quoque videtur in Syntaxi Hebr. Cl. Roorda, pag. 146 in ann. allatis.

IV.

Amos. cap. VI. vs. 12 pro בַּבְּקָרִים cum Michael. legendum est בַּבָּקָר יָם.

V.

Ep. ad Rom. cap. VIII. vs. 25*b* et vv. 24, 25*a* transponendi sunt.

VI.

In ep. ad Gal. II. 12 vocabula *κατεγνωσμένος ἦν* prima, non tertia, persona interpretanda videntur.

VII.

Ad Col. II. 2 lectio Cod. B. *εἰς ἐπιγνώσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ θεοῦ, Χριστοῦ*, vera est.

VIII.

In Ev. Lucae proöemio voc. *παρέδοσαν* (vs. 2) objectum est *τὰ πράγματα*.

IX.

Ibidem vs. 4. voc. *πᾶσιν de factis* non de *hominibus* interpretandum est et v. vertendus: ab initio inde in omnia accurate inquirenti etc.

X.

Clementis Rom. ex ep. patet scripta eum Euangelia nondum cognovisse.

XI.

In eadem cap. XX pro κρίματα legendum est κτήματα.

XII.

Ep. Polycarpi capp. XI in f. et XII in., interpunctione mutata, legantur: *mihi autem non est concessum. Modo ut his scripturis dictum est*, etc.

XIII.

Epistolae Ignatianae in recensione breviore locis interpolatis laborare non videntur.

XIV.

Epist. Ign. ad Eph. cap. XIV in f. (οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας τὸ ἔργον, ἀλλ' ἐν δυνάμει πιστέως, ἐὰν τις εὑρεθῇ καὶ εἰς τελός) comma post vocem πιστέως delendum est et sententia explicanda: » non hic labor, ut quis Christianum se profiteatur, sed ut fidei suae vim, et ad finem usque, ostendat."

XV.

In EUSEB. Histor. Eccl. IV. 22 (ed. HEIN. pag. 382) verba διὰ τοῦτο, de eo intelligenda sunt, quod dum superessent e stirpe Christiana Ecclesiae Antistites, παρθένος illa dici debeat; quorum enim auctoritate factum est, quod additur, οὔπω ἔφθαρτο ἀκοαῖς ματαίαις. Cf. III. 32 (HEIN. pag. 267) Ὡς δὲ ὁ ἱερος κ.τ.λ. — ἐπιχείρουν.

XVI.

Nec vero tempore indicando quo Eccl. πάρθενος esse desiverit hi loci sibi invicem obloqui dici possunt.

XVII.

Quam autem inter huncce historicum et HERODOTUM, BAUR (*in progr.* Tüb. 1834) animadvertit similitudinem, et in scribendi consilio et in utriusque fide historica, negari nequit.

XVIII.

Recte SCHLEIERMACHER: »das Mythische ist das, das Ewige in Zeit und Raum Setzende" vel uti alibi dicit (Chr. Glaube II) »geschichtliche Darstellung eines Uebergeschichtlichen."

XIX.

Unde jam patet igitur Jesu, quae dicitur, *ἀναμαρτησίαν* dogmaticis tantum, non historicis niti posse argumentis.

XX.

Quod idem vir summus de Socrate enuntiavit (*Geschichte der Philosophie* S. 84): » Seine Anhänglichkeit an der Volksreligion ist weder Deisidämonie .... noch ist sie Heuchelei .... sondern es lag dabei zum Grunde die reinste Einsicht von dem Verhältnisz des Mythischen zum Speculativen, und dasz wer sich mit den Unwissenschaftlichen in Gemeinschaft setzt, ihnen mit der mythischen Form zugleich die Idee selbstnehmen würde;" hoc ad ipsum referre fere possis.

XXI.

Sic jure de eo Straussius: » alle Hauptsätze des ersten Theils der Schl Glaubenslehre werden dann erst recht verständlich, wenn man sie in die Formeln Spinosas Zurück übersetzt, aus welchen sie ursprünglich genommen."

XXII.

Verissimum SCHLEIERMACHERI enuntiatum est: »dasz alle gesunden Empfindungen fromm sind." (*Reden über die Rel.* 4te Aufl. S. 125).

XXIII.

Quo magis res singulares *intelligimus* eo magis Deum intelligimus." SPINOSA.

XXIV.

»Jene Pelagische Freiheit des *liberi arbitrii* ist nur jene schlechte, inhaltsleere Freiheit die das Subject an die Macht der Objectivität und die Aeuszerlichkeit der Werke dahingiebt."

(BAUR, *Lehre von der Trin.* I. S. XVIII).

XXV.

Quum Theologia *scientia* sit eorum, quae ad Ecclesiam pertinent, *huic* in *illam* vel tantillum juris tribuere absurdum est.

XXVI.

Recte DIDEROT: »la vie claustrale est d'un fanatique ou d'un parjure."

XXVII.

Tac. *Histor.* XV. 44: *odio humani generis*, illud *passive*, hoc *active* sumendum est: odium quo in eos infensum erat genus humanum.

XXVIII.

»Die Versäumnisz formeller Bildung ist ein *sittliches* Uebel, und es gehört dieser Punkt, so wie die Pflicht der Reinlichkeit und manche . . . . ähnliche — in das System der Moral.''

Fr. Vischer.

XXIX.

Orationes sacras *memoriter* recitare V. D. interpretibus ab omni parte dissuadendum videtur.

XXX.

»Das Verschlossene Wesen des Universums hat keine Kraft in sich, welche dem Muthe des Erkennens Widerstand leisten könnte; es muss sich vor ihm aufthun und seinen Reichthum und seine Tiefen ihm vor Augen legen und zum Genusse bringen.''

Hegel.

Vloten.
Quaestionum paulin-
arum caput unum

345610

345610

Vloten

Quaestionum paulinarum capot unum.

345610.